



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

INSIGNI PIETATE ET ERVDITIONE VIRO,

Conrado Pelicano, Minoritano, suo in Christo Maiori,
Martinus Lutherus.



QVOD mea sic prædicas non agnosco, favori timeo nimium dederis. Mihi certe Psalterium meum nausea est: Non tam ob sensum, quæ arbitror esse genuinum, quæ ob uerbositatem, confusionem & indigestum cahos. Liber est enim quæ una eademque opera, cõcipere, formare, alere & parere cogor, temporis & orti penuria. Iam diu cogito eum reuocare. Voce enim uiua, multũ auditoribus & lucis & gratiæ accedit, quantũ cahos istud literarum, neq; habet neq; capit. Q. si nõ est excusus psal. xj, uelim deleas, in fine ultimæ paginæ, literæ B. duodecim uersus, cũ tribus sequentibus uersibus literæ C. Vides enĩ quæ ibi scæde errauerim i uocabulo קריב. Raptus & occupatũ fui, sicut sæpe alias, cogitationibus uarijs, sum enĩ occupatissimus, Duas cõciones per diem habeo, Psalterium cogo, Postillas (quas uocant) molior, & hostibus respondeo, & Bullam utraq; lingua impugno, meq; defendo. Ut literas taceam amicis reddendas, & cõuersationes domesticas fortuitasq;. Iam quod oblitus, psal. xij. quicqd de uerbo קריב somniaui per. xxvj. uersus dele quæso. Dabo operam ut uerbis intelligendi explicandis, simile negotium tribuam, quod a sacris, uita mea mihi crux est. Viceßimum primum psalmum, קריב קריב, in manibus habeo, Sperarem Psalterium cõsummãdum, si pacem daret Christus, ut totus in ipsum incumberem, Nunc ne quarta quidẽ pars Psalterio seruit, immo mera furta sunt temporis, quæ illi impendo. Recte mones modestiæ me, sentio & ipse, sed compos mei nõ sum, rapior, nescio quo spiritu, cũ nemini me male uelle cõscius sim, uerũ urgent etiã illi furiosissime, ut Satanã nõ satis obseruẽ. Itaq; pro me ora dñm, ut qd se & me, nõ quod illos decet, sapiã, loquar & scribam, ac bene uale in Christo, Vuitenbergæ, ANNO M. D. XXI.

Loquitur de
Vuitenbergæ
suis exẽplariis
paginis.



BASILEAE, APVD ADAM PETRI,
ANNO M. D. XXI.

